



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Incipiens ab exordio Imperij Arcadij & Honorij Augustorum, Anno Domini
CCC. XCV. perueniens vsque ad CCCC. XL. continet annos XLV. ita
dispositus, vt commodè sextus tomus à S. Leone Magno Pontifice Maximo
inchoetur

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

lesv Christi Annus 439. Sixti Pap. Annus 6. Theodosii 32. Valentin. 15. Imp.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14566

b Ioseph. An. 10. c. 9. LACIDE. ME NITIA. NITRAIS.

Eudocia accedmodasser, nimirum tam signi ficate volu-
isse Græcos ipsos è Palæstina originem ducere, non Palæ-
stinos è Græcia. Siquidem Iosephus a recitæ epistola Re-
gis Lacedæmoniorum ad Ontiam summum Pontificem,
qua fatetur inter Lacedæmonios & posteros Abrahæ a-
liquam cognationem intercessisse: ut illos ex istis, nō istos
ab illos originem duxisse voluerit demonstrare. Sed quam
inferiores Græci fuerint, quos Euaagrius citat, ut de rebus
Hebraicis recte scribere potuissent, idem Iosephus contra
Apionem pleribus docet, nosq; primo como exemplis a-
pette demonstrauimus. At in his modo non immorau-
dum.

XXV.

Quæ autem ipsa Hierosolymis, vbi per annum ferme
integrum versata est, Eudocia Augusta egerit; qui eius vi-
tam scriptis profecuti sunt, narrale, Euaagrius tradit: sed
quod ea non extet, sed omnino perierint; quæ ipse pau-
cis complexus est, hic describamus. Atque in primis: Con-
stat (inquit b) eam, cum in sancta illa Christi ciuitate versabatur,
multa res à Dei Saluatoris honoribus illi usq; audum gessisset. Nam
sancta ad sanctum monasteria, & loca illa quæ dicitur voluit, in
quibus tametsi varia ratione viguit, tamen vira institutum ad
vnum eundemque finem spectat, eumque sanctissimum. pergit de-
scribere Euaagrius Monachorum Palæstine viuendi diuer-
si generis instituta, quæ nos ex aliis auctoribus superius en-
nauimus: atque inferius illa de Eudocia subicit: Cum
multis huiusmodi monasteriis (vt ante dixi) adificatis; Hiero-
solytorum reseruit membra, eaque pulcherrima reddidit. vnde eidem
propheticum vaticinium Davidis aponitur, quo dicitur: *De-
i benigne fac, Domine, vt in dona voluntate tua: Sion adificentur
muri Hierusalem. liquidem è tñ ius ouis, in bona voluntate
significat e'*

b Euaagrii. l. c. II.

EUDOCIA IN PALÆSTINA AEDIFICATA MONASTERIA. Eadem Euaagrius lib. 1. c. 10. d. Psal. 50.

c Nierobi. li. 1. c. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

e Euaagrii. lib. 1. c. 11.

Sed pergit Euaagrius reliqua: *Templum (inquit) extraxit
præterea ad memoriam S. Stephani primi discipuli & martyris sphe-
dore ac pulcherrimum eximium (quod quidem non studio Hierosoly-
mæ distat) ipsaque in eo, simulatque ad vitam immortalem p' se-
cula est, condita sui. hæc Euaagrius. Porro non hæc omnia vni-
us anni spatio perfici potuerunt, sed cum rursus illuc red-
idit ipsa perfecitagemus de his pluri. in eis obitu. Con-
tingit enim, Ieam secundo post obitum Theodosij impe-
ratoris Marciano, rursus Hierosolyman redire, ibique vs-
que ad finem vitam transigere: iterum namque ipsam pe-
regnam esse Hierosolyman, idem Euaagrius tradidit, at-
que alij omnes historici res Eudocia profecuti.*

XXVI. BASILICA S. STEPHANI IN ECCLIA AEDIFICATA.

II. Archiepiscopus vicijsm ei dono misit reliquias dixeræ manu Stej h. ni. primi martyris: qua cum essent Chalcedonem perlata, ea ipsa nocte pulcherrima Augusta Sæc. S. Stephanum videri sibi dixerem: En impetrasti, quod precibus tuis petebas, & ego Chalcedonem veni, itaque ipsa assumpsi pro fratre, ostant sacra reliquia istis profecta est: quæ in Palæstina dicitur, mundicium templum, ca-

III. Illa quidem complura de his hauri fide digna ab alijs scripta reperitur, nimirum non de membris alioquin S. Stephani, sed totius corporis facta Constantinopolim translatio à Iuliana nobili viua & amillod subtriente. Sed quoniam sub Magno Constantino & Eusebio Constanti-
nopolitano Episcopo id contigisse auctor habet, hæc si-
dem ea historia sibi conciliat, sicut nec quæ habet Niceas
in oratione de eadem translatione, facta (vt ait) sub eodem
Constantino Imperatore, atque Metrophane eiusdem ci-
uitatis Episcopo, quem voluit auctor mutasse loco Eusebii,
quod licet cum Ariano fuisse Constantinopolitanum
Episcopum, verum ante Honorii tempora nonquam reli-
quias corporis Protomartyris vife sunt. Re edis igitur
fabulis; quæ hoc anno facta est per Eudociam Stephanum
Protomartyris reliquiarum translatio, eam vt germanam
omni fide testantur recipimus. Sed ad Eudociam.

IV. Illa quidem sicut munificentia Imperatoris locis sanctis pluribus contol t, & loca sancta erexit: ita iuuuente Hierosolytorum Episcopo multis donata recessit. Accipisse quidem ipsam beatissimas facies Saluatoris nocti lesi Christi, easque ad S. Pulcheriam Augustam dono misisse, auctor est Nicephorus: Donata pariter dicitur ab eo dua-
bus catenis illis, quibus ab Herode S. Petrus Apostolus
vincas fuit: quarum alteram Romanæ ad Eudociam Au-
gustam filiam misit de qua dictum sumus postea; alteram
vero Constantinopolim in eccl. s. eiusdem Principis Apo-
stolorum afferuati voluit; in cuius rei gratia memoria
annua dies festa statuta est: nam in Græci Menologio hæc ha-
bent: *Die prima sexta Ianuarij apud vrbem Constantinopoli in ve-
neratio pretiosa illius catenæ, qua B. Apostolus Petrus Christi causa,
Herodæ iussu, vinculis est hæc ibi. Quidni veneratui essent
homines catenatum Petri memotiam; quibus Deus eam-
dem atque ipsi Petro contulit in edendi, miraculis adeo
admirandam atque visibilem virtutem? vt plane illud Da-
uid cum h. sic cum stupore canendum: Nimi h. merari sunt
amici mi Dom. cum de detestanda illa instrumenta martyri
voluerit in gloriæ trophæa animara conuerti, in qui-
bus Christi gloria prædicetur: & in arma, quibus inuisi-
biles conficiantur ac prosternantur hostes, necnon in
ioates, è quibus Fideles innumerata hauriantur ter be-
neficia.*

V. Extat quidem hæc eulema oratio de eiusmodi vinculis Petri, non tamen sanctæ Ioannæ Chryostomo (vt præse-
ferat titulus) habi a, quod nondum Petri catenæ innotuissent, nec Constantinopolim delatae essent, sed à Proclo po-
tius, cuius tempore eiusmodi est facta translatio catena-
rum; in qua quidem oratione hæc inter alia habentur de
consecratione & inuentione catenarum ipsarum: *Catenæ
illæ in carcere derelictas ipsi Hierosolytis misisti, quibus diuina cogi-
tationis lumen effulsi, clam sustulisti, & apud scipios veluti the-
saurum quemdam tui consecrauisti. Quod vix a patre suo (vt di-
tur) tradidisti, & de catenæ illi narratum sibi quisq; accipiat
posteris sui demps reddat, & tunc in loco catenæ illæ occulit
seruabat: quoad & Iuliana nato bello demicta, capta Hierosolytis,
ad nihilum redacta est; & superstitiosæ idololatriæ error suble-
to, Romanorum septera ad Imperatores, qui Christi fidem seque-
bantur translata sunt. Quibus Christi & Apostolorum facta o-
mni honore prosequi st. demitibus, hæc etiam apostoli Petri catenæ
manifesta facta est: & ab illis ad vrbem hanc: regiam et amicta, in
Apostoli Petri sacro templo iure optimo reposita est; quam vt eum
ipsum miraculorum est iurium & venerantur & amplificatione.
Hanc enim vidi, nec, illum mente infelicium; hæc itaq; nec, idem
à nobis tangi existimamus. &c.*

VI. Subdit de eiusdem Petri gladio in eadem Basilica lu-
stodito, & magno honore habito, ex quo plurima testa-
tur scaturire iolei miracula, ac demum: *Est (inquit) in
veteri vrbe Roma sanctus Petrus discipulus per corporis scru-
pulum,*

IESV CHRISTI
Annus 439.
SIXTI PAP. THEODOSII 32. IMP.
Annus 8. VALENTIN. 15.

Q Vadragesimimus vnde quadragesimæ sequitur
Christi annus, Consulibus Theodosio decimumse-
pimum atque Festo notatus: Quo (inquit Marcellinus g)
Eudocia vxor Theodosij Principis ad Hierosolytis in vr-
bem regiam remouit, beatissimi Stephani primi martyris reliqui-
as secum deferens, quas in Iuliana Sanctæ Laurentij postea Fideles
venerantur. hæc ipse. Theodoros quoque Lætor habet
sub Theodosio Imperatore reliquias sancti Stephani &
sanctæ Agnetis collocatas esse Constantinopolim in Mary-
to S. Laurentij. Apud Cedrenum de eademdem S. Ste-
phani reliquiarum translatione hæc leguntur: Theodosius
imitatione Pulcherrimæ multam pecunie misit ad Archiepiscopum
Hierosolymitanum egerit distribuende, ac crucem auream Lapi-
dibus pretiosis ornata, qua in Cranio, nempe Caluarie loco,
figeretur.

II. Archiepiscopus vicijsm ei dono misit reliquias dixeræ manu Stej h. ni. primi martyris: qua cum essent Chalcedonem perlata, ea ipsa nocte pulcherrima Augusta Sæc. S. Stephanum videri sibi dixerem: En impetrasti, quod precibus tuis petebas, & ego Chalcedonem veni, itaque ipsa assumpsi pro fratre, ostant sacra reliquia istis profecta est: quæ in Palæstina dicitur, mundicium templum, ca-

nam quam verba illa sortita est: non tamen a nobis ipsis abesse vult, quod pertinet ad illum gladium & catenam. Adhuc enim apud nos, qui partem hanc ut totum corpus continent, ab eius conuisione non separamus: sed eam vna cademy, sic gratia, que per eius corpus, catenas, vestes, & quodam miraculo operatur, &c. vbi ad postremum ad ipsum S. Petrum orationem conuertens: Omnium (inquit) est maxime pium, ut fidelissimum Imperatorem nostrum pro totius mundi vniuersi huiusmodi armis, montibus, castris, & trophæis carnis, hostibus terribilibus: & subactis benignum atq; optabilem facias ut pace fruatur sub eius regno finis, &c. hactenus de catenis Constantinopoli collocatis.

VII. Catena vero illa, altera de duabus eiusdem Petri catenis, missa ab Eudocia Endoxie filia Romanæ, haud minori venerationi in Vrbe fuit. siquidem quæ illam accepit Eudocia, mari religione non impar, in eius memoriam, & Petri Apostoli, qui ea vinculus fuit, erexit Deo basilicam in Exquilino monte angustam sanè, Augustæque nomine dignam: Titulus enim Eudocie nuncupata est, dicta etiam sancti Petri ad Vincula. Vbi non illa tantum Hierosolymis à matre Eudoxia missa catena recondita est, sed & diuino miraculo huius illa communè dicitur, qua sub Nerone Romano vinculus Petrus in carcere (vt diximus) Mamertino diu detentus est, à Romanis Pontificibus (vt dictum est in Alexandro Papa & martyre) custodita. Habent enim tabula Ecclesiastica, ambas has catenas simul collatas, eiusdem generis & artis inuentas, sibi inuicem atque miraculo copulatas, inuictasque ac simul vitas ex duabus vnam effectam esse: quarum memorie Kalendæ Augusti fuerit à Romano Pontifice consecrata, in eartumque nomen Deo dicta basilica dedicata. Quam autem solite fuerint catene istæ coruscate miraculis, sanctus Gregorius Papa in suis ad diuersos datis epistolis locuples testis est. Morem vero fuisse Romanorum Pontificum, pro nobili munere aliquod ex limatæ earundem catenarum ad insigniores personarum mittere, plurima exempla declarant, qua suis locis opportunè describentur. At de vinculis laus: ex quibus habes, quæ corrigas in sermone, qui fertur nomine Bedæ, de Vinculis Petri, cuius est exordium: Solemne biseruantiarum, &c. Extant autem Inscriptiones nuper in Locum prolixè de eadem basilica, iisdem sacris vinculis decorata, Vrbe vero Romana ab ipsis corroborata, his versibus a:

Huius solida fides: his est tibi Roma catenis
Perpetua salute huius circumdata nexu
Libera semper eris, quod enim non vincula prestant
Quæ tenet qui conuicta potest absolvere vincula?
Hæc in uicta manu vel religiofa vincula?
Membra non illo penitus quæserant ab hoste
Claudia iter bello qui per am parat in agris
Theodosius pater Eudocia cum coniuge v. non
Cumq; sacro supplex Eudocia nomine stetit.

At non in Vrbe tantum vigeat memoria vinculorum Petri, sed in alia quoque Ecclesia, cuius Episcopus Achilles erat, constructaq; Ecclesia, hinc quatuor eam nobilitauit Inscriptionibus valde piis, quas à temporis iniurijs vindicatas hic descriptas consecramus immortalitati. sunt huiusmodi b:

Antistes Christi Domini deuotus Achilles
Calumnia magna perstrinxit honore Petri,
Nemo patet vacuum venerandi nominis aulam
Sistere quod non sit corporis ista domus
Magna quidem seruat venerabile Romæ sepulchrum
In quo pro Christi nomine passus obit
Sed non & meritum monumenta includere possunt
Nec que corpus habent sacra tenent animam
Victor enim mundi superata morte triumphans
Spiritus ad summum pergit in astra Deum
Cumq; sic in Christo vita durante repositus
Ad Christum totum martyri vobis, venit
Ille suos sanctos conuictus credentibus offert
Per quos supplicibus prestat operæ sanctis.

Est aliud ibidem positum Epitaphium his versibus:
Quidam agit mirum magno sic culmina Petro
Quodlibet exsiliat ad fixata loco.

Cum qua per totum celebratur Ecclesia mundum
In fundamento fixa Petro maneat
Namq; illum Deus ipse caput qui corporis exeat
Propterea Petra nomen habere dedit
Dicens ipse Petrus quamuis fundabo super te
Quam mihi nunc toto melior erit domum
In te per uincula consistit Ecclesia Genes
Vincit & inferni carceris imperium
Nain clauibus colorum claudere portas
Et referare dedit pro meritis hominum
Quocumq; in terris fuerit sententia Petri
Hæc erit in calu scripta notante Deo
Dixit enim tu es inigno mihi nomine Petrus
Et tibi colorum fortia claustra dedi
Hæc ditione potens terra color, Petrus stat
Arbitrar in terris tantor in superis.

Sed adhuc ibidem rursus aliud epigramma, vbi de vinculis mentio:

Qui Roman Romæ, veni hinc aspic montem
Eg. & tri sede potestator opem
Quis meritis que, ancla sine distat ab illa
Crux illi, Regnum hic quoq; vincula Petri
Omnia magnanimus pastor construxit, ab illis
Sollitas populi huius adhibere preces.
Et in fine tetrafronchi, quorum duos primos versus istum recipit Ecclesia:
Solue in innante Deo terrarum Petre catenas
Qui sacra vi pateant celestia regna beatis
Ipsi tua Petre disrupsi vincula in ista
Qui te constituit mandator, solvere nexu. Sed ad Eudoxiam redeamus &c.

Non prætereant, quæ de Antiochenis munificentissime Eudociam Hierosolymis Constantinopolim redeuntem excipitibus tradit Euagrius, vbi ait c. Postea Antiochiam profecta, Antiocheni illam statua ex ære artificose fabricata, que adhuc integra seruatur, honorarunt. Sed rependit ipsa vices: eius enim heretata Theodosius impus, maximam civitati aduicit accessionem, non mirum, amplius aut ad portam vsque, que ad Daphnem suburbii, in dicitur sua usq; cupienti perspicit esse videre. Nam ad nostram vsque artem veteri muni vsq; ex ipsi reliquit, qua otulos quodammodo ad eam quasi manu ducunt, facile indagari possunt. Sunt etenim, quæ dicitur, murum illon ab antiquiori Theodosio dilatatum, quæntiam eundem aurum ducentarum librarum reficiendo Valentinus balneo in quadam parte accessio tribuisse. Verum non dubitandum Theodosij Iunioris illud opus fuisse etenim Theodosius Maior tantum abfuit, vt Antiochie pomeria dilatarer, memibusque antæam verber augustiorem cederet, vt ob contumeliam, qua Imperatoris statue ab illis affectæ sunt, eam dignitate atque iuribus (vt suo loco dictum est superius) diminuerit.

Hoc anno mense Ianuarij, Theodosius Imperator aduersus Iudæos, Samaritanos, Gentiles atq; hereticos, dignam Christiano Principe edidit sanctionem: cuius faciendæ causa illa nec cessasse videtur, quod cum pluribus simul annis cælum mutatis temporibus vicibus haud fe benignum & agrorum cultura propitium exhibuisset, magna singulis annis laboratum esset inopia frugum, quod quidem non nisi violata recte religionis causa, Deiusita vindicta, fieri intelligens Imperator, in eodem conuertit legum iniurias & vitionem. Inter alia autem dum Paganos exagitaret, quo idolorum cultorum fuerit progressa temeritas, cum publice etiam presumerent litare hostias, idem Imperator eodem edicto ad Florentium Prefectum Pænetio dato, post multa declarat in his verbis d: Hinc perspicitur nostra clementia, Paganorum quoque & Gentili immunitatis vigiliam nos debere sortiri, qui naturali vesania & Acutia pertinaci, vera religionis tramite disidentes, nefarias sacrificiarum ritus, & sanctæ superstitionis errores occultis exercere quodammodo solitudinibus sed gnantur, nisi ad superna maiestati minuerant, & temporis nostri contemptum, eorum scelerata profectio, necesse publicentur, quos non promulgatarum legum mille terrores, non dæmoniarum exitio pena compescunt, vel si emendari non possunt, mole saltem criminibus, & vitæ vitæ quarum discretis abstinent. Sed istis ea furoris peccata audacia, his improborum conatibus

SACRAS

al. rvdente.

VIII.

Euagr. li. I. c. 10. Quæ Antiochie Eudocia conuicta.

Idololatria inualescit.

X. *seuerus POENE IN IDOLOL-TRAS SAN- CIT.

tibus patientia nostra passatur, ut si obliuisci cupiat, dissimulare non possit. Quamquam igitur amor religionis nunquam potest esse fecerim, quamquam Pagana dementia censorum suppliciorum acerbitates exposcat, lenitatis tamen memores nobis innata, trahali iustione decreuimus, ut quiconque pollutis contaminatisq; meritiis in sacrificio quolibet in loco fuerit comprehensus, in fortunatus eius, in sanguinem tra nostra conseruat. Oportet enim dare nos hanc victimam meliorem, ara Christianitatis intacta seruata. An discium perferemus mutari temporum vices, ut a tali temperie; que Paganorum exacerbata perfidia, nefas natura libramenta seruare? Vnde enim ver solitam gratiam abnuuauit? Vnde estis messe ieiuna laboriosum agricolam in spe destituit arillarum? Vnde hinc in temperata ferocitas vrbatatem terrarum penetrabili frigore sterilitate lesione damnauit? Nisi quod ad impietatis vindictam transtulit lege sua natura decretum. Quod ne post hac sustinere cogamur, pacifica uisione (ut diximus) pianda est superni nominis veneranda maiestas. haecenus de Gentilibus data constitutio Constantinopoli pridie Kalend. R. bruarj sub huius anni Consilijbus.

XI. PATRES RVRSVM LABO- RANT AD- VERSVS I- DOLOLA- TRAS.

Ad extirpandam igitur exerecentem multiplici germine infaulam idololatram, non Imperatori tantummodo fuit regia potestate summa industria laborandum, sed & sanctis Patribus, omnibus intentis neruis, scriptis editis insidandum. Hae enim occasione S. Cyrillus Alexandrinus securum ad radicem arboris adiuuens, commentarios disertissimos edidit ad confutanda Iuliani Apostatae scripta in Christianam religionem elaborata, quibus tamquam potenti telo impj uti solerent ad Christianam religionem libeficandam: hac enim de causa Cyrillus se eam aggressum esse prouinciam, in operis praefatione ad ipsum I. heodofium Imperatorem inscripta, hie verbis aperte significat, ubi primum laudans Theodofium ad cultu religionis alludens ad recitatum aduersus Paganos editam sanctione ista praenuntiat a: *Aequissimum quidem legum splendor omnia vndeque inuare suo tamquam fulgur illustrat: & in inuicta, pietateque in Christum exhibat etiam colorem ipsum, hoc est, supernas & rationales caelestique virtutes. & post nonnulla de Iuliani libris in Christianam religionem editis prelocutus, hanc sui instituti assert rationem:*

XII. b Ezech. 3.

Quoniam autem plura in superstitiosi conuenientes eos, qui Christum sapient, susceque praetextum, nobis exprobat antq; illius contra nos scripta; & dicunt tanta grauitate edita, ut carpi nequam valeant; nullumque adhuc inuentum esse ex nostris doctoribus, qui vel contradicere, vel subuertere dicta illius queat. Adhortantibus itaque multis, & sicut Christo dicente b: *Et nunc vade, & ego aperiam os tuum: accommodam me, ut decetiam quidem Graecianum supercilium aduersus Dominum Christum se extollit: adiuuenq; autem, quantum licet, deceptis, demonstrando susceptum, & ignorasse sacras Scripturas eum, qui nostri omnium Saluatorem inuocat, haec de inficiti sui ratione Cyrillus. Qui cum dicat, nullum haecenus esse inuentum, qui Iuliani libros confutaret, apparet sane Philippum illum competitorum Procli in sede Constantinopolitana assequenda (de quo dicta est superius) post S. Cyrillum id genus commentarij aduersus Iulianum elat orasse.*

XIII. THEODO- RETVS PV- GNAT AD- VERSVS I- DOLOLA- TRAS. c Theod de curat. Graec. affert prolog. GENTILES RVRSVM IN CHRI- STIANOS IN SVR- GVNT.

Theodoretus etiam impiorum Gentilium pulsatus blasphemis adiecit hoc item tempore animum, ut duodecim disertissimos libros scriberet aduersus eos, titulumque istiusmodi praefigeret operi: *Curtatio Graecarum affectionum, vel, Evangelicae veritatis ex Graecarum & Gentium philosophia cognitio. tradit id ipse in operis praefatione, ubi etiam eius exordio haec de Gentilibus palam Christianae religioni his temporibus insultantibus e: *Sepenumero accidit, ut nonnulli eorum, qui suspensi Gentium & Graecorum fabulas admt autur, mecum familiaris diuersati, tum Christianam silem comice obretractant, asserentes, nihil nos aliud, quam meram credulitatem illi infusaere, quos diuinis rebus imbuedos accepimus: tum vero & Apostolos tarditatis atque inscitiae accusarunt, barbaros propterea inculpantes, qui omni careant elocutionis ornatu. Quin & pro ridiculo habere se dixerint, quod honore vilo martyres prosequamur: insigni enim stultitia genus esse addentes, si qui viuentes homines abis, qui iam vna sancti sunt, viliam sibi commodum comparare contendunt. Aggererunt vero & alia quadam**

ius generis male dicti vobis affirma, qua sane ipsa san loca liber hic, quem culam, edocet. Ego vero & explici quidem illi, que tunc asseri oportuit maledictis, obactionibusque solendis; & ne- sariam scelus, remque impium esse duci, si comminens, dissimulatioque perpetua simpliciter nota homines ubi librum salu veritatis, neque litterarum monumentis aliquid tradam, quod illorum acculationum tantum fultitiamque redarguat, & ca. hac Theodoretus, abunde propinans antidota ad curandos Gentiles morbo tabidos, praefervandos que sanos Fideles, ne eadem hinc contagione afficerentur. Infelicia plane tempora, quibus eisdem opus fuerit subire labores aduersus Gentiles, quos iam innumeros doctissimarum scriptonum iaculis confecerant antiqui Patres, qui aduersus eos plurimas e- laborarunt Apologias, quarum nos prioribus Annalium tomis meminimus. Porro huiusmodi suorum scriptorum aduersus Gentiles ipse mentionem habet Theodoretus in epistola ad Renatum d:

Ceterum non Oriens tantum, sed & Occidens eius- modi erat his ipsis temporibus Gentilium superstitionis morbo laborans: in quos inueniuntur huius temporis viti sanctissimi declamasse, & inter alios Petrus Chrylogus, qui multus est in redarguendis illis, qui Kalendis lanuar, personati incederent, Gentilium deos representantes. nam inter alia multa, quae in eos exagegerat, haec habet: *Quis satis longae eor, qui simulacra faciunt semetipsos? nempe isti amiserunt omni quoniam Dei? similitudinem perdididerunt? Christi exati sunt indumentum, qui se simulacrorum formis sacrosque formauerunt. Sed dicit aliquis: Non sunt haec sacros legarum studia, vna sunt haec locorum: & hoc esse nouitati letitiam, non veritatis errorem: esse hoc anni principium, non Gentilitatis offensam. Quis de impietate ludit? De sacros quoque vocatur? Praeculum qui dicit risum? satis se decipit, qui se sentit, &c. Eadem plane deplorans exprobrat, qui his quoque temporibus claruit, S. Maximus Episcopus Taurinensis in sermone, quem habuit Kalendis Ianuarij, inuectus vehementer in eosdem, qui ex Gentilita superstitione in portentosas se transmutarent formas, cum viti non in feminas tantum, sed in diuersa genera pecorum, inmo & portentorum se conuenerint transformare.*

Sed quid de superstitione illa, qua exhibebatur, dum Circesia ageretur: Verum ad haec erat exultatio eorum, qui ea exerebant Circesia, dum ea se Christianos non in deorum, sed Christi honorem facere affirmarent. in quos haec Saluanus e post alia: *(o amantia monstruosa!) Christo Circeses offerimus & mimas, & tunc haec maxime, cum ab eis aliquid boni capimus, cum prosperitatis aliquid ab eo attributor, aut victoriam de hostibus a Diuinitate peragatur. Et quid aliud haec in se facere videmur, quam si quis homini beneficium largienti inuicem sit, aut blandentem consociis cadat, aut osculanti vultum micro- transfigat, &c. pluribus enim horum in se dicitur amen- tiam: licet iudex Magni Gregorij Thaumaturgij de se face- re defendere potuissent exemplo, qui haec suis Neocartariensis aliquando visus est concessisse, illo tamen Gentilium & persecutorum Imperatorum tempore, cum Christi- anis ab his diuelli minime possent, sed & lac parulis & olus infirmis ministrari Apostolus, arate vero auctis & sanis cibum solidiorum.*

At vitam his temporibus ludis hisce res tranfacta tantummodo esset, & non magis serio impiis idololatrie cultibus aliquid ex nobilitatibus atque potentioribus occupati fuissent. Audi, rogo, quid S. Prosper sub huius anni Consilijbus referat f: *Littorius (inquit) qui secunda ab Actio Patrio potestate Nummi auxiliantibus praerat, dum Aegy gloriam superare appetit, duoque Atruficum responfo & deonum significationibus fuit, pugnans cum Gotho impariter conferuit; seque intelligi, quantum illa eorum, que perit, motus prodesse potuerit, si potioribus consilio, quam sua temeritate vti inuallisset, quando ipsi tantam hostibus classem intulit, ut nisi inconsideranter praesens, in captiuitatem incidisset, dubitandum foret, cui potius parti victoria adscriberetur. haec Prosper. & Hidorus g dilucidius rem paucis perstringens, ait: *Littorius dum primum res prosperas aduersus Gothos, qui sub Rege Theodorico Ardatem ob- sederunt, gessisset: denovo responfo deonum deceptus, in bello a Go- this, amisso exercitu, miserabiliter superatur: & qui ante hostium**

d Theod p. 116. XIV. PERSONA TICHA- STIANI PRIBEN- DVNTV. XV. c3. luan d. ex vltio de CIRCE- BYS. XVI. Prolog in Chron. OBIDOLO- LATRIAN VINCI- ROM. EX- ERCTI- g 164. Chron. Geth.

SVI 8

XVII. millibus caelo glorioser vicerat, dant fallacia demonum oracula qua-
re, roguliter videtur interit. haec autem sicut dicitur.
Deplocant hac fufus Saliuano Massiliensis Epifco-
pus illis verbis a: Denique probant hoc bello proximo inlicitas
nostra. / Cum enim Gothi metuerunt, praesumptum nos in Hunnis
speci pueri, illi in Deo: cum pax ab illis postularetur, a nobis nega-
retur: illi hostios mittent, nos repellentur: illi etiam in alie-
ni (sacerdotum) Deum honorarent, nos etiam in nostris contemne-
rentur: prout alius vtriusque partis, ita & rerum terminus fuit. Illis
data est in summo timore palma, nobis in summa elatione, confuso.
Verè & in nobis tantè & in illis euidenter probatum fuit illud Do-
mini nostri dictum b: Quoniam qui exaltat, humiliabitur: &
qui se humiliat, exaltabitur. Illis enim exaltatio data est pro hu-
militate, nobis pro elatione doctio. Namque agnoscit hoc ille dox
nostra parit (Littorius scilicet) qui eadem vrbem hostium
quam eodem die viderem in intratum esse praesumpse, captiuos in-
travit, Arelatum videlicet. Probant scilicet, quod propheta di-
xit: equa non est bonitas via eius neque viis eius, ut ambulet & di-
rigat vias suas. Nam quia viam suam iusto su exaltantur; nec
ignoscunt directionem habent, nec viam salutis inueniunt. Insuper
genus d' abiectione super Principem, & errare fecit eos in itinere & non
in via: & ad nihilum deductus est, velut aqua decurrens. In quo qui-
dem praeter ipsam rerum infelicitatem praesens iudicium Dei patet,
ut quicquid se facturum videret, pateretur. Non quia sine Diuini-
tatis auxilio a Deo dicitur capendum a se hostem a. Videt, ipse captus
est, consilij ac sapientiae, immo non videret: ignominiam temeritatis
incurrit, vincit, quae alio par aut, ipse sustinuit.

XVIII. Et quod, rago, euidentius Dei iudicium esse potius, quam ut ha-
bens praedictorum fiduciam, praeda fuerit? triumphum praesument, tri-
umphus effect: in conditorum, corripitur, allegatur, rectora bra-
chia logo gereret, manus, quae belliferas putabat, vincas videret;
pateritur ac mulierem spectaculum fieret, illudentes sibi barba-
ros cerneret, irrisumum sexu promissi sustineret? & qui maxi-
mum habebat ac supercilium sortu viri mortem subiret ignam? Atque
viniam hoc ipsum horre remedium malorum esset, non dicitur et
toleratio. Ille autem, quantum ad penarum longitudinem perti-
net, longo tempore & duritia in ergastulo barbarorum tace con-
sumptus, in hunc miseriam redactus est, ut (quod plerumque homi-
nes etiam paruo ipso grauius atque acerbius patiunt) in miseratorem
hostium descenderet. Et cur hoc? Absque dubio, nisi quia (vt iam dixi)
illi, nempe Gothi, Deo humiles, nos rebelles: illi crediderunt in
manu Deo esse victoriam, nos in manu nostra, immo in sacilegia
atque inopia, quod est peius, necitantes quam natura. Denique ipse
Rex hostium quantum res prodidit ac probant, vsque ad diem pagna
feram cilio praesens fuit, ante bellum in oratione tacuit, ad bellum
de oratione surrexit, priusquam pagnam manu caperetur, supplica-
tione pagnauit: & ideo fidem procepit ad pagnam, quia iam muerat
in oratione victoriam, haec tunc de his Saliuano. Sed & Si-
donius Apollinaris in Panegyrico Auto Augusto dicto,
his verbis de temeritate Littorii:
Et caput hoc fuitem soliti deserta riuus
Gallia su' apens, Getica palliat ab ira.
Nil prece, nil pretio, nil milite fractus agebat
Aetna. Capto tot arum damna petebant
Littorio: in Rhodanum proprios producere fines
Theodorico fixum: nec erat pagnare necesse,
Sed magis, Getis rapulum traxit asperat in am
Victor, &c.

En in quod barathrum consultorem suum consulta
adegerunt idola. Vigiisse quidem in Occidente his tem-
poribus idololatriam, Saliuano & plaribus tradit. Et quid
mirum, si & ipsi amplissimi magistratus (nescio qua in-
curia) cultoribus demonum tradebantur: nam (vt vidi-
mus) Littorius Romano praerat in Gallis exercitui, &
in Africa Cyrus erat: qui Ethnicus militum (vt habet Eua-
genius f) ductor erat: qui amplioribus (vt videmus) au-
ctus est postea magistratibus, nempe Praetorij Praeectura
& Consulatu. Haec plane est infelicitas Principum, vt
exicare scelerum fluencia legum spongia frustra laborent,
cum ipsos obstruere fontes, vnde mala solent fluere, pra-
termittant.

Sed quam diris ista cladibus diuinitus vindicentur, O-
riens & Occidens maximis exagitati malis, etiam alienigen-
tis fidem fecere, dum Imperium Orientale dira diu affli-

ctatum est fame, Occidentale vero hoc ipso anno in Gallia
nobilissimi est passum iacturam exercitus. Sed longe lu-
gubrius, & que successus illud accessit, dum ad finem anni
huitus clarissima omnium ciuitas, Romanae vrbs aruita,
& licet tandem illi subdita, splendoris tamen gloria ce-
dore nescit. Carthago, inquam, a Wandalis capta est. Sub
huius quidem anni Consulibus ea potius esse Wandala-
lostium sanctus Prosper, tum Marcellinus h affirmant:
factum id hoc anno, decimo Kalend. Nouemb. ipse Mar-
cellinus tradit, sed decimoquarto, Prosper, cum ait: Aethi-
rebus, qua in Gallia componuntur, intento, Genfericus*, de cuius
amicitia nihil metuebat, decimoquarto Kalend. Nouemb. Car-
thaginem de se paco inuadit; omnesque oper eius, extructus dinet-
torum: orum genere ciuitas, in usum vertit. Nec ab eccle-
siarum speculatione abstinet, quas & sacris vastus exinanitas, &
sacerdotum administratione priuatis, non iam diuini cultus loca,
sed horum iugis esse habitacula. In vniuersam captiuo populi ordi-
nem facit, sed praecipue nobilitati & religioni insensit: vt non dis-
cerneret, hominum ne magis, an Deo bellum intulisset. haec Pro-
sper. Et id odor his addit: Genfericus sacrae mentis religione
violata, Carthaginem perxit: Sicitiam depredatur, Paenorum
obsides, Arianam possessionem per ratam Africae intramittit, sa-
cerdotes Ecclesiae expellit, martyres plurimos efficit. sic ipse sum-
mam relegens omnia a perfido barbaro his temporibus
perpetrata.

Sed cur Deus dedi Wandalis eam ciuitatem permisit,
ex Saliuano vito sanctissimo accipe, qui hoc ipso tem-
pore, nec ob aliam causam, quam vt diuinam erga homi-
nes prouidentiam & iustitiam iudicia monstrat, cuiusmo-
di scribendi argumentum arripuit. Ipse igitur, cur tradi
Wandalis Africae & Carthaginem ab illis opti permis-
sum Deo esset, demonstret, praeter illa, quae de totius
Africae sceleribus exundantibus scribit, de ipsa ciuitate Car-
thagine ista habet k: Nec disciram per loca singula, aut cen-
tias discunt quoniam tates & ne studiose videtur quereere aut investiga-
te, quae dicam: vna tantum vniuersarum illis vrbium principie &
quasi matre contentus sum: illa scilicet Romae aribus semper annu-
la, armis quondam & feritidine, post splendore & dignitate, Car-
thaginem dico vrbi Romanae maxime aduersariam, & in Africana
orbe quasi Romam: qua nihil idem in exemplum ac testimonium so-
la sufficit, quia vniuersa penitus, quibus in toto mundo disciplina Rei-
publice vel procuratur, vel regitur, in se habuit. Illis enim omnium of-
ficium publicorum instrumentum, illic artium liberalium schola, illic
philosophorum officina, cuncta denique vel lingua, vel gymnasia, vel
morum: illic quoque, etiam copia militares, & regentem militiam po-
tiffates: illic honor Praeconsularis, illic quotidianus iudex & rector,
quantum ad nomen quidem Praeconsul, sed quantum ad potentiam
Consul: illic quoque omnes rerum dispensatores, & disponentes inter se
tam gradu quam vocabulo dignitates, omnium (vt ita dicam) pla-
tearum ac compitorum procuratores, cuncta ferme loca vrbi & mem-
bra populi gubernantes. His ergo tantum contentus sumus ad exem-
plum & testimonium ceterarum: vt intelligamus scilicet, quales illa
fuerint ciuitates, quae minores haberunt probi officij procuratores;
cum viderimus, qualis extiterit: vbi sanum semper fuisse recto-
res.

Quo loco propè est, vt peniteat me professionis mea, id est, quod
superius sponendi, concili propè Afrorum criminibus praetermissis, de
impunitatis praecipue ac blasphemis corum me esse dicturum. Video
enim quasi scaturientem vitium ciuitatem: video vt boni omnium in-
quiritatum genere ferentem, plenam quidem vrbis, sed magis turpi-
tudinis plenam diuitis, sed magis vitij, vincit se inuicem boni-
nes nequitia flagitiorum suorum, alios rapacitate, alios iniquitate
certantes, alios vino languidos, alios cruditate desentos, hos feris
redemptos, illos vnguentu oblitos, cunctos vario luxus marce perdi-
tos, sed penè omnes vna errorum morte prostratos, non omnes violentia
tenulentos, sed omnes peccatis ebrios. Populos putates non sani sta-
tus non sui sensus, non omnino incolones, non gradu, quasi more Bac-
charum crapulae cateruati in inferentes.

Iam vero illud etiam modo, aut quam graue, genere quidem dis-
par, sed iniquitate non distat, nisi forte in hoc distat, quia manus:
proscriptioes dico orphanorum, viduarum afflictiones, pauperum
crucet; qui in gementes quotidie ad Deum, finem malorum im-
precantes, & quod grauisimum est, interdum vi nimia amaritudi-
nis etiam aduentum hostium postulant, aliquando a Deo impetra-

CARTHA-
GAPTA
A GENSE-
RICO.

g. Voss in
Chron.
h. Marcell. in
Chron.
* Gell. in
C. IUS

l. f. d. h. f. f.
Vand.

XX.

k. Saliuan.
de vrbium
dit. & p. m.
D. l. 7.
CARTHA-
GINENSI-
VM AMPLI-
TYDO.

XXI.
CARTHA-
GINENSI-
VM VITIA.

XXII.

IMPVDICTIA CARTHAGINENSIVM.

rum, vt euerfionem tandem a barbaris in commune tolerarent, quam fola ante e Romanis tolerauerant. Sed ifto, hec omnia pretermittantur, quia & in toto ferme aguntur orbe Romano, & fporadice de his malis nec pauca dicuntur. Quid ergo impudicitia atque impuritas, de qua loquor, namquid ad euerfionem Afhorum fola fufficeret? Quae enim fuit pars ciuitatu non plena foribus? quae intra urbem platea aut femita non lupanaria? adeo pene omnia completa, omnes vias quafi fones libidinum intercederent, aut quafi verus praetereant, vt etiam qui ab hac re penitus abhorreant, tamen vitare vix poffent. Latronum quodammodo excubias videres commeentium viatorum fpolia captantes, qui infidataram frequentiam denfitate ita omnes admodum calles, omnes anfractus ac diuertacula fepeffent, vt nullus ferme tam cautus effer, qui non in aliquos infidataram laqueos incureret, etiam qui fe de plurimis expediffet. Ferebant vt ita dixerim cum vrbibus illis ciues cano libidinis, fparum fubmetipfis mutua impudicitiae nidorem inhabitantes: fed horrore tamen e horrida ifta non erant, quia idem omnes horror infecerat: vnam enim illis putes fuffe libidinum fornicationumque feruorem, eorum quafi ex omni platearum & clauarum lebe collectum.

XXIII.

